

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843,
enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von
Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0221

0219

0225

0215

0230

fatuitatibus. Sed est hic circa finem considerandum, quod sicut non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit Dominus, ut dicitur 2 Maccab. V.; sic non propter civitatem templum, sed propter templum civitatem elegit Dominus. Idcirco nunc de templis agendum erit.

0210

0270

0170

De templo Domini, quod dicitur Salomonis et Halachibis et Bethel.

0320

0120

0720

Civitas Jerusalem gloriosa et sancta est ex templis, de quibus etiam redditur major in magna quantitate. Sublati etiam ex ea duobus templis cum attinentibus capellis et muschheis, nihil remaneret nisi vile oppidum, quod etiam in nostris civitatibus est. Tollantur ecclesiae, monasteria et capellae cum attinentiis de Colonia, remanebit civitas parva. Sic et Venetiis: si tollerentur monasteria et ecclesiae, non magnum remaneret oppidum.

De templis ergo Hierosolymitanis locuturus primo de vetustiori erit dicendum. Scimus ex sacris litteris, quod cum Dominus terram Canaan promitteret patribus nostris, insinuavit, esse in terra illa locum quendam pro templo et sacrificiis, quem electurus sit, et eis (E) suo tempore demonstratus eum sit. Unde Deuter. XII.: Cum ingressi fueritis terram, quam Dominus dabit vobis, subvertite omnia idola de cunctis locis. Vos autem non facietis in cunctis locis altaria et sacrificia, sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester, ut nomen suum ibi habitet, et veniatis et offeratis in illo holocausta et vota vestra. Cave, ne offeras holocausta tua in omni loco, sed tantum in eo, quem elegerit Dominus, ad illum perges cum primitiis et decimis tuis, et ibi confiteris coram Domino Deo tuo. Haec ibi. Ubi autem locus ille esset, Dominus non demonstravit usque ad David regem, cui per Angelum demonstrata fuit area Arnan Jebusaei in monte Morija. Hic Arnan erat gentilis Jebusaeus, dives, et magnam partem civitatis possidebat. David ergo aream demonstratam sibi emit ab eo et altare ibi jussu Angeli erexit et

Ende

Anfang

